Wladislaus dei gracia Rex Polonie Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps supremus et heres
Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quod coram maiestate nostra pro parte Religiosorum
fratrum prioris et tocius Conventus Novi Monasterii in Arena extra muros Cracovienses sub Ordinis Beate
Marie de monte Carmeli littera est exhibita quam dive memorie Serenissimus princeps dominus Wladislaus Po-
lonie Rex progenitor noster carissimus predictis monasterii fratribus dederat et in eadem ipsis fratribus unam mar-
cam latorum grossorum pure propter deum ex zelo devocionis super custodia piscium alias Strozsa singulis annis
donaverat inscripserat et deputaverat prout ex tenore predicte ipsius progenitoris nostri [illegible] littere nobis
clare continetur Cuiusquidem littere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis Wladislaus dei gracia Rex Po-
lonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Providis viris Consulibus Civitatis nostre Cracovi-
ensis tenutariis et Gubernatoribus custodie nostre piscium alias Strozsa pretacte existentibus fidelibus nostris dilectis presentibus
requirentes Graciam regiam et favorem Divina zelo devocionis accensi cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus
prevenire Religiosis fratribus ordinis Beate Marie virginis de monte Carmeli extra muros Cracovie unam marcam
grossorum in predicta custodia vestra singulis annis et perpetuis temporibus et dandam grossos pro nobis et heredibus
nostris Mandamus vestre fidelitati quatenus predictam marcam grossorum eisdem fratribus de dicta custodia singulis annis solve-
re et dare debeatis nostre quitacione ab eis recepta super eadem De qua predicta Marca vos tenore presencium absolvi-
mus et quittamus Secus non facturi Datum in Nova Civitate alias Korczin sabbato in crastino Sancti Egidii Anno
domini M° CCCC° tricesimo Unde pro parte predictorum prioris et fratrum Monasterii prelibati celsitudini nostre extat humili-
ter supplicatum quatenus ipsius Genitoris nostri huiusmodi pie et devote donacionem predictis fratribus factam nostrum dare et prebere assen-
sum litteram patris nostri donacionem Ratificare et approbare litteris nostris dignaremur Nos itaque peticionibus maiestati nostre pro-
positis priore et fratribus Monasterii predicti exhibitis et porrectis benignum acclinati animo zelo devocionis accensi predictam
progenitoris nostri carissimi donacionem expressa nostra sciencia Ratificamus approbamus et confirmamus imo per ipsos lar-
gicionem unius marce predictis fratribus in nostra custodia piscium per deum assignate damus et confirmamus conferimus
tenore presencium mediante Quocirca vobis [illegible] Consulibus Cracoviensibus tenutariis et Gubernatoribus presentibus
nostre custodie piscium presentibus et futuris fidelibus nostris dilectis Mandamus omnino per [illegible] volentes quatenus predictam marcam grosso-
rum eisdem fratribus de dicta custodia piscium singulis annis dare et solvere debeatis nostre quitacione ab eis recepta super

Wladislaus dei gracia Polonie Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps supremus et heres
Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quod coram Maiestate nostra pro parte Religiosorum
fratrum prioris et tocius Conventus Novi Monasterii in Arena extra muros Cracovienses fratrum ordinis Beate
Marie de monte Carmeli littera est exhibita quod divememorie Serenissimus princeps dominus Wladislaus Po
lonie Rex Progenitor noster carissimus predicti Monasterii fratribus dederat et in eadem ipsis fratribus unam mar
cam latorum grossorum pure propter deum ex zelo devocionis super custodia piscium alias Strossa singulis annis
donaverat inscripserat et deputaverat prout extensive predicte ipsius progenitoris nostri littere lucidius
clare continent Cuiusquidem littere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis Wladislaus dei gracia Rex Po
lonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Providis viris Consulibus Civitatis nostre Cracoviensis
necnon tenutariis et Gubernatoribus Custodie nostre piscium alias Strossa pro tempore existentibus fidelibus nostris dilectis presentibus
requirendis Graciam Regiam et favorem Divina zelo devocionis accensi cupientes diem extremi Iudicii pietatis operibus
prevenire Religiosis fratribus ordinis Beate Marie virginis de monte Carmeli extra muros Cracovienses unam marcam
grossorum in predicta Custodia nostra singulis annis perpetuis temporibus affuturis et dedimus grossis pro voluntate et vendidimus[?]
iure[?] Mandamus igitur quatenus predictam marcam grossorum eisdem fratribus de dicta Custodia singulis annis solvere
et dare debeatis in festo Purificacionis a vobis recepta super eadem De qua quidem marca vos tenore presencium absolvimus
et quittamus Secus non facturi Datum in Nova Civitate alias Korczin sabbato in crastino Sancti Egidii Anno
domini Millesimo quadringentesimo tricesimo. Unde pro parte predictorum prioris et fratrum Monasterii prelibati celsitudini nostre extitit humiliter
supplicatum quatenus ipsius Genitoris nostri huiusmodi pie et devote donacionem predictis fratribus factam nostram dare et prebere consensum
hanc ipsam patris nostri donacionem Ratificare et approbare litteris nostris dignaremur Nos itaque peticionibus Maiestati nostre pro
ipsis priore et fratribus Monasterii predicti exhibitis et porrectis benigniter acclinati uno zelo devocionis accensi predictam
progenitoris nostri carissimi donacionem ex certa nostra sciencia Ratificamus approbamus et confirmamus unam[?] per ipsum lar
gitam[?] unius marce predicte grossorum in nostra Custodia piscium per eundem assignate denique et confirmamus consensumque
tenore presencium mediante Quocirca vobis famosis Consulibus Cracoviensibus necnon tenutariis et Gubernatoribus prefate
nostre Custodie piscium pro tempore existentibus fidelibus nostris dilectis Mandamus omnino habere volentes quatenus predictam marcam grossorum
eisdem fratribus de dicta Custodia piscium singulis annis dare et solvere debeatis in festo Purificacionis a vobis recepta super
eadem De qua quidem marca vos tenore presencium absolvimus et quittamus Secus non facturi. Harum quibus Sigillum
nostrum est appensum testimonio litterarum Datum in Waradino feria secunda post diem Sancti Bartholomei Apostoli Anno
domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto

Ad relacionem Magnifici petri de
Szczekocini[?] Regni Polonie vicecancellarii

[illegible]

W

[illegible]

1444

Vladislai II Regis 1564

9 marcy [illegible]

1444. Varadini feria 2a ipso
die S. Bartholomaei Apostoli.
Wladislaus Rex
confirmat Donationem patris
Wladislai (Jagielli) unius
marcae latorum grossorum
singulis annis praestandae
super custodia piscium
alias strôza, factam
in Nova Civitate Korczyn
sabbato in crastino Sancti
Aegidii Anno 1430. –

RA